Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



PARA

diam eius manibus suis fundebat. XV.
Responsio mollis frangit iram:
sermo durus suscitat furorem.
Lingua sapientium ornat scientiam: os fatuorum ebullit stultitiam. In
omni loco oculi domini contemplantur
bonos et malos. Lingua placabilis lig
num vite: ei autem immodesta effractio
spm. Stultus irridet disciplinam patris
sui: qui autem custodit increpationes,
astutior fiet. In iustitiarum substantia ut
maxima est cogitationes autem impiorum
conturbationes. Domus iusti plurima
fortitudo: et in fructibus impiorum conturba
tio. Labia sapientium disseminabunt
scientiam: cor stultorum non similiter erit.
Abhominabiles domino cogitationes
impiorum: electa autem iustorum placabilia. Abho
minatio est domino via impii: qui
sequitur iustitiam diligitur ab eo. Doc
trina mala deserenti viam: qui increpationem odit morietur. Infer
nus et perditio coram domino: quanto magis
corda filiorum hominum? Non amat
pestilens eum qui se corripit: nec ad
sapientes ibit. Cor gaudens exhi
larat faciem: in tristitia animi deicitur
spe. Cor sapientis quaerit doctrinam: et os
stultorum pascetur imperitia. Omnes
dies pauperis mali: secura mens festi
vitas assidua. Melius est parum cum ti
more domini: quam thesauri magni et insatiabiles. Melius est vocari
ad holera cum caritate: quam ad vitulum
saginatum cum odio. Vir iracundus
provocat rixas: qui patiens est mitigat suscitatas. Iter impiorum quasi sep
tas sepes spinarum: semita iustorum absque offendiculo. Filius sapiens laetificat patrem: et stul
tus homo despicit matrem suam. Stulti
tia gaudium stulto: et vir prudens dirigit gressus. Dissipantur cogitationes
ubi non est consilium: ubi autem sunt plu
res consiliarii, confirmantur. Letatur ho
mo sententia oris sui: et sermo opportunus
est optimus. Semita vite super erudi
tum: ut declinet a limo mortis et de fundo
novissimo. Domum superborum demoli
tur dominus: et firmos finibus
viduae. Abhominatio domino cogitatio
nes malae: et puras sermones pulchritudi
firmabit ab eo. Conturbat domum
suam qui sectatur avaritiam: qui autem
odit munera vivet. Mens iusti medi
tatur obedientiam: os impiorum effun
dat mala. Longe est dominus ab im
piis: et orationes iustorum exaudiet. Lux
oculorum laetificat animam: fama bona
impinguat ossa. Auris que audit ca
stigationes vite in medio sapientium
morabitur. Qui abicit disciplinam
despicit animam suam: qui autem acquie
scit increpationibus possessor est cordis.
Timor domini XVI.
disciplina sapientie: et gloriam
precedit humilitas. Hominis
est animum preparare: et domini gubina
re linguam. Omnes vie hominum
patent oculis eius: spiritus ponderator
est dominus. Revela domino viam
tuam: et spera in eum: et ipse faciet.
Cogitationes iuste. Universa, propter semetipsum operatus est
dominus: impium quoque ad diem ma
lum. Abhominatio domini est omnis
arrogans: etiam si manu admanus
fuerit non erit innocens. Misericordia et ve
ritate redimitur iniquitas: et in timore
domini declinatur a malo. Cum pla
cuerint domino vie hominis: inimi
cos quoque eius convertet ad pacem. Me
lius est pauper cum iustitia: quam multi
fructus cum iniquitate. Cor hominis
disponit viam suam: sed dominus est
dirigit gressus eius. Divinatio in labiis
regis: in iudicio non errabit os eius.
Pondus et statera iudicia dei sunt: et opa
eius omnes lapides sacculi. Abhomi
nabiles regi qui agunt impietatem: quo
niam iustitia firmabit solium. Volun
tas regum labia iusta: qui recta lo